



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quomodo impetigines à facie, vel alia corporis parte tollantur. Cap. XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

ad faciem expoliendam.

Cyclamineæ radicis partes teretas, hordei mundi senas, ur. Com. tartari in calcem redacti simplicem, radicis cucumeris em, de: sylvestris pulueratæ binas, furfuris triticei, quantum m, au: manibus capi possit, ebulliant in aqua omnia, usque ad bitur. cutis va: ratæ partis consumptionem, post faciem laua.

Quomodo impetigines à facie, vel alia corporis parte tol-
lantur! C A P. XXII.

IMPETIGINES & faciem deturpant adeò, ut nil tur-
pius, nil scèdus conspici possit, aliquando corporis
partes inuadunt, vt alas, & fœmura, aquam extillant
teridam, & deturpantem vestimenta; Contra has in-
enimus

ad impetigines.

Ix oxylapathi radicibus extrahatur aqua stillatim, &
angulis harum libris melopeponū, & halinitri semun-
di, & tartari vini albi duas vncias addes. Sinito per
dies aliquot madescant, mox extillabis, qua mane faci-
m ablues, & vesperi perline tartari oleo, & amygdali-
no simul remisti. Nec ad has explodendas inutile erit
ouorum oleum perlitum. Sed aliquando adeò feræ im-
petigines sunt, vt nullo valeant medicamento sanari,
nos apponemus

aliud.

Quo sèpissimè mirabili successu usi sumus, etiam in in-
ueteratis. In phiala vini rubri austeri decoquito drach-
mam argenti viui sublimati, mox sero ablue locum, &
mane, permitte ut siccescat ex se, id ter, quater repeten-
dum, abolenturq; impetigines, nunquam, & nusquam
teuersuræ. Habebis &

aliud.

Accipe halinitri vncias tres, olei amygdalarum ama-
tarum libras duas, scillæ selibram, carnium limonum
vnam, misce, & triduo tabescant sinito, mox chimi-
sticis organis extrahe oleum, quo perlinito impeti-
gines, & abolentur, etiam si in lepram conuerti mi-
mentur.